4250.

Prudentes, ac Circumspecti;

Nobis honorandi!

Cottus Bacsiensis ad incassationem Restantium Taxarum Tolerantialium, apud gremiales Cottus hujus Judaeos inexacte haerentium, abhinc inviatus, isthuc retulit, Judaeos ad Portas Cottus hujus spectantes, restantiis suis usque annum 80 7/8 adhaerentibus plenarie satisfecisse, restantias proinde hunc annum praecedentes, Judaeos Cittem hanc ferire, in qualinam autem Summa Judaei inibimul Cittis hujus inde ab Anno 799/800 usque annum 808/9 restiterint, ex submissa per eundem Cottum Taxae Cameralis subdivisione patere, nihilque amplius opinione sua restare, quam ut Regium Salis Officium Bajense, ad mox instituendam restantiarum harum incassationem inviatur.

Quae proinde adrepartitio per praefatum Cottum hac ratione submissa, Civico huic Magratui eo cum mandato hisce communicatur, ut circa adhaerentem, exigendamque restantiarum harum Summam pro Citte hac [illegible] mutuo Consilio cum Regio Salis Offo Bajensi, sub hodierno eatenus sua via abhinc inviato agat, atque notificatione quoad exigendam restantiarum harum Summam, currens item quantum, quotannis defigendum, adscitis gremialium suorum Judaeorum primoribus, inter Judaeos, individualiter, pro ratione cujusvis virium subrepartiri, factaque repartitione mox exigi, eidemque Salis Offo Bajensi, erga Quietantias inferri faciat, de facto vero exactionis progressu Consilio huic R. L. relaonem submittat, Cottu Bacsiensi una eo abhinc inviato, ut fine instituendae debito tempore Taxae hujus Cameralis exactionis, si quoad Taxam Judaeis praecitatarum Cittum quotannis adrepartiendam mutatio quopiam intercederet, mutaonem talem tam Citti huic, quam et Reo Salis Offo Bajensi cum 1o mensis 9bris cujusvis anni militaris notificet. Datum ex Consilio Reo Locli Hungco Budae die decima tertia Martii, anno millesimo octingentesimo decimo celebrato.

Eorundem

Benevoli

Baro Joannes [illegible]

Andreas [illegible]

Citti Zomboriensi. Cott.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 287
Телефон: +381 25 416 292

4250.

Prudentibus ac Circumspectis N. N. Judici primario, Consuli, caeterisque Senatoribus, ac Juratis Civibus, totique Comunitati Liberae Regiaeque Civitatis Zomboriensis Nobis honorandis.

Zomborinum

Ex Offo

Psentae die 16ta Maji 810

Taxa Toleranzialis a Judaeis Gremialibus incassanda, et una cum currenti Quanto Regii Salis Offo Bajensi inferenda.

Sess. 26ta Maji
No 6462.

No 350

810

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Subdivisio.

Taxa Tolerantialis Judaeorum inter Gremiales Judaeos et Liberarum ac Regiarum Civitatum Cottus Bacsiensis.

Pro Anno $\frac{1799}{800}$ omnium Cottus Bacsiensis Judaeorum Taxa Tolerantialis constituit . . . . 1881 f.

Ex his usq. Annum $\frac{1805}{06}$ obtigerunt Gremialibus Judaeis . . . . 1491 f. 22½

Judaeis vero Libe ac Reg Cittis Zombor 63 f.

" " " " " Neo Planta 223 " 30 x.

" " " " " M. Theresiop. 103 " 7½ 389 f. 37½

Summa ut supra . . 1881 f.

Ab Anno vero $\frac{1806}{07}$ usq. Annum $\frac{1808}{09}$ addita 50. procentualitate Taxa [illegible] . . 2821 f. 30 x.

Gremialibus Judaeis	2331 f.	$3\frac{6}{8}$ x.	
Zomboriensibus	[illegible]	30.	
Neo Plantensibus	335.	15.	
M. Theresiopolitanis	154.	41½	2821 f. 30 x.

Summa ut supra . . perse.

Sig. Vrbhut 5a 7bris 809.

Per Stephanum Sculteti m. p. Cottus Bacsiensis Rat. Exactr.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ИАС ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

1377. ad 1149. 809.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E–mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

D# 350 870.

1954.